

# COMMENTARIUS

CAPTAE VRBIS DUCTO  
re Carolo Borbonio, ad exquisitum  
modum confectus: ubi non modo  
ordine magis quam hactenus ab alijs  
exposita omnia, sed multi etiam  
aliter cernere liceat, Aucto-  
ris innominati.

Huic adiecta sunt poëmatia duo.

Carolus sive Vienna Austriae

Carolus sive Tunete

Anastasy.

Habets hic liber inter  
probitor in indice tertio  
frument. adiuncto

COMO

VD16

Am

IOACHIMVS C A M E R A R.

Danielo Stibaro, S.D.



VID tu quereris silere Musas nos  
stras, qui nō ignoras quibus flatibus  
quasi cygnorum excitentur carmina  
illarum . Mihi quidem mi Daniele ita  
uehemēter ἵπποι κολοιῶρ̄ obſtrepitūr  
ut mirum sit exaudiri à me ipſo, non enim dicam ab  
alīs, noſtriſ cantus. Non quereris ſatiſ ſcio amplius.  
ſunt tibi enīm notæ multipliſe curæ meæ, quibus  
hoc tempore diſtincor, quibusq; ſi quid ingenij in me  
eſſet, id totum κολούνται, uel potius ἀφανίζεται deſebat.  
Sed tibi tamen ſatisfacere cupio. In quo ſtudio mu-  
tuabor calliditatis aliquid à uerſa ſapientia, & tibi  
à me dabo alienum beneficium : Et ſi nō ſunt iſta alic-  
na beneficia quæ quaſi uarravriæ rivi propria fiunt.  
Nos quidem certe hæc, qualiacūq; ſint, max. ex pars  
te exornauimus, & inſtruximus quadam ſpecie pul-  
chritudinis, ac ne penitus abdicemus, nos quaſi in gē  
tem alienam adoptione emācipata tranſire iuſſimus.  
Quod autem ad captam Romam attinet, commenta-  
rium propter rem memorabilem plurimi faciēdum,  
ſcito illū nobis ab A. palæospyro miſſum, cui nos uer-  
sus Cæſarianos adieciimus. Eſt autem tibi erga Caro-  
lum noſtræ uolutatis promptiudo nota. Rideant hæc  
ſanè qui uelint, in hac paruitate noſtra & præſtantia  
illiſ, cum iſum Numen infimorum adoratione &  
cultu imprimis delectur. Tibi miſi nunc hæc, nō ſo-

lum ideo ut aliquid mitterem, nolim enim abire multum temporis, quo nō seruato antiquo more decerpā aliquid de fructibus studiorum meorum, quo te munērari possum, sed ob hanc etiam caussam hoc tempore in istam editionem operam diligenter dedi, ut te inter uarios rumores quasi uaticinij quibusdam cōfirmare. Noli enim putare plus fidei habendū ullis astrologorum aut aruspicum diuinationibus, quam eorum qui uatum nomen proprium inuenierunt, non imbuti superstitione aliqua, sed instinctu quodam ſui coeliſti præditi. Quid dubitas: uincere oportet Carolum, proſrus enim huius,

Tum in dīoſi ſi qiaſ ſe i partita z̄vē.

Vis plura: non dico tibi uulgaria præditionum diuerſarum quæ ſunt tibi notis. Sed unum ſingulare. Luſere quondam in Italia uiri eruditii ſortibus Virgilianis: tum Carolus adoleſcens fuit, ne quisquam ſuſpiciari potuit eo progressurum potentia atq; opum, quo nos cum incredibili lētitia uidemus. Tunc de pontifice Leone & alijs quæ ſortes foedæ atque ridiculæ exiſſe dicantur, nō lubet nunc exponere: nam publicare animus eſt cum Homericis quibusdā, quarū nobis ſpes nuper eſt ſalta: ſed de Carolo Philippi. f. diuīnum hiſ uerſibus data tum fuit.

Huius in aduentum iam nunc & Caspia regna  
Responsis horrent diuūm, & Mæotica tellus.  
Et ſepiem gemini turbant trepidā oſtia Nili.

Quibus nos ſi uidetur & præcedentia & ſequentia attexamus quæ hiſ ipſis profectio indicantur. Sed

non

A  
tim abire  
more decipi  
quo te mis  
hoc tempore  
di, ut te i  
m ciforme  
ullis affer  
dami coram  
con iudea  
carolan,  
  
monum di  
late. la  
irigiliu  
n sapiv  
m. quo  
ponit  
icule  
obli  
no  
f. du  
  
que  
g sed  
na

AD DANIELVM ST.

nō libet nimium gloriari : et si gloria humana repræ  
bendi solet, diuina neq; solet neq; debet. Carolum aut  
constat nunquam tribuisse suis uiribus max. rerum ul  
las actiones suas, sed potius retulisse acceptum totum  
nomen, de cus, famam, fortunā, imperij, uirtutis, po  
tētię, uictorię, Diuino numini, cuius ipse quasi admi  
nister uoluntatis in terris uersaretur atq; elaboraret.  
Hęc mi Daniele, si uidebitur, cōmunicabis cum Hu  
teno nostro cuius fratrem philippum natum laudi iu  
uenem, reuersum de Indica nauigatione, ducere. ali  
quot ad Cæsarem cohortes audimus, sumusq; illius  
laudatię. conatibus precati dignam fortunā. Quam  
quidem iam ita ille finxit animo supra etatem forti  
atq; magno ut instabilis. Dea in hoc mutari non pos  
se uideatur. Quicquid enim accidat, ego quidem uo  
lo ominorq; leta omnia. Quam gloriam sibi compa  
rauit ille uirtute sua, sempiterna profectio etiam ad pa  
steritatem cum aliqua accessione dignitatis nobilissi  
mæ Genit is futura. Sed fuimus longiores quam o  
portuisse uideatur, in quo si quod est peccatum meū,  
cupiditati quasi colloquendi tecū ascribas, cuius iam  
diu sermonum suauitatem requiro cum summo des  
derio. Bene uale & saluere Huienum à nobis multum  
iube. Tubingę Suciiorum XV. Cal. Iunij.

# VRBIS ROMAE

EXPVGNATIO PER EXERCIS-

tum Imp. Cæs. Caroli Qu. auspicijs Borbonij.

quæ contigit, An. M. D. XXVII,

paucis narrata.



OELICES successus

CAROLI Cesaris to

ti Italie non modicam  
formidinē iniecerūt, tā  
diu retēta ditione Me

dolianensi, quanquā potentiores Ita-  
li forter obniterētur, & toties frusta-  
to Galliarum rege in repetēdis Insu-  
bris, tādem etiā capto ac in Hispaniā  
abducto. Quare uisum est C L E-  
M E N T I vīj Pontifici Rom. foedus  
Italiæ prīcipum & maximarum ci-  
uitatū instituere, quō tutiores essent  
aduersus ingruētem Cæsarem, & ad  
illum excludendum, nam hoc planè  
agebatur, ualidiores. Hāc ipse līgam  
sanctissimā appellauit, uelutī natām  
autore eo quem orbis sanctissimi no-  
mine salutat. Ad hāc consilia turban  
ad

santissima  
liga.

da nihil prius habuit Imper. CAROLVS quam exercitū in Italiā quam primum mittere, qui cūctis minaretur, præsertim Florentinis, qui pace diuturna, auctis opibus, & ciue summo Pontifice superbi, de nouo fœdere mirum q̄ attollebant cristas. Itaq; iubetur GEORGIVS à FRONS PERG. clarus eques, & notæ uirtutis, toties iam ducis munere in proximis bellis imò prælijs fœliciter factus, exercitum conscribere, quem ille cōtractū ocyus in Alpestrī Rhetia ad Athesim uergēte, sub initio anni quingētesimi uicesimi septimi supra millesimū in Italiā duxit. Statim aderant cū aliquot millibus Hispanorū Carolus dux BORBONIVS, cui summa totius exercitus præfectura tradita est, ac Princeps Arausiensis, Burgundiorū manu comitatus. Sed & Conradinus Lepontinus cū quatuor uexillis Germanorum militum qui Cremonæ præsidium Cæsareum agitauerant, sese cōiunxit. Continet

Georgius à  
Fronsperg.

carolus Bor  
bonius dux.  
Princeps A/  
rausiensis.  
Der Prince  
uon Areng.

autem uexillum non supra quingen-  
tos milites, saepe pauciores. Paulo  
post Italorum phalanx accessit, que  
ducebat Mutius à Colūna. Iam ad fa-  
mā tam numerosi exercitus Italia ma-  
lē sibi conscientia, mirè turbata erat. Pro-  
inde Pontifex Romanus autor con-  
spirationis nepotem suum Ioannem  
Medicen cum lecta manu perditorū  
nebulonum, quorum pars indigenæ  
erant, pars ab Hispania uenerat, mi-  
sit unā cum Ioanne Francisco Vrbini  
duce, qui à Venetis cōductus erat.  
Germanis obuiā, ut arceret illos ne  
Padum transire sineret. Sed iam traie-  
cerat exercitus. Itaque quum depelle-  
re non posset, profligare multo mi-  
nus, persequi cœpit & circunquaque  
uexare, donec paulo post in aggere  
quodam iictu ænei tormenti fuit ex-  
tingitus. Amisso nepote suo, qui fœde-  
ratorū summus dux fuerat, sollicitus  
Clemens quum uideret Germanos  
ac Hispanos ad Parmam & deinceps  
Bononiā in urbes Ecclesiæ Romanae  
defle-

Mutius à Co/  
lumna.

Ioan. Me/  
dices.

deflectere, summisit Muschanum uicerium regni Neapolitani qui apud Borbonium subditos Pontificiae distinctioni pecunia redimeret, quo prorsus ab omni maleficio abstinerent milites, et in aliud territorium transirent. Is legatus cum incautius proficiscitur, captus est, sed mox liberatus. Postulata sunt ter centena ac quinquaginta aureorum millia. Tantam summam nemo uoluit praestare. Itaque quum haud ita procul Ferraria aliquandiu statuua habuissent, urgente eos rerum omnium penuria, sic ut non solucommeatu destitueretur, sed & uestimentis, atque adeo calceis iam carerent, deportato prius Georgio à FRANCIS spergo Ferrariā curadæ ualetudinis causa (nam signa quedam paralysis iam in eo apparebant) magnis itineribus Florentiam contendunt. Quam rem haud illibeter audierunt Romani, sperantes à periculo se tutos, quum Florentini peterentur, & cupiebat pontifex spectator tantum esse belli. Verum

10 HISTORIA ROMAE.

rum secus est uisum superis, & uetus  
ac uerum est uerbū, consultum malè  
consultori pessima res est. An sua spō  
te, an potius aureis aliquot globis ta-  
cti duces exercitus retro cesserint pa-  
rum liquet. Hoc constat, eos qui Flo-  
rentiam petere uidebantur dīcto cī-  
tius Romam aduolasse, perpetuo ue-  
stigījs insidente duce Vrbinate sed  
citra noxiā insignem. Via militari  
mīnime sunt profecti, sed per montes  
& loca confragosa ac siluas, dum cō-  
pendium itineris sectantur, tanta ce-  
leritate, ut nuntiū praeuerterint, nec  
aduentare scirētur nisi iam proximi  
Romæ. Quinto nonas Maias præmi-  
serūt senatorem ad portam urbis de-  
poscētem ut aditus aduenienti exer-  
citui pateret. Responso nuntium mi-  
nime dignatus est Laurentius à Ce-  
re Vrsinus Pontificiorū dux, sed tan-  
tum dixit contemptim, ni abiret pro-  
perè se de equo hominem iētu ænei  
globi tormentarij deturbaturū. Itaq;  
redijt ad suos. Postridie ante moenia  
urbis

Senior Rentz  
Uelicā.

urbis constiterunt. Sabbathum erat.  
Vulgo iactabatur transituros illac  
Neapolim, nec diu moraturos. At sta  
tim apparuit cuius rei gratia ueniss  
sent, dum castra figūt post dñi Petri  
inter ueterē Romam & quod Bur  
gum appellant, iuxta campū cui san  
cto nomen. Id cum Pontificij uide  
rent, nec ipsi cessabāt operibus se mu  
nire, æneis tormentis duas noctes &  
intermediū diē qui dominicus erat,  
illos impetētes. Nō uisum est cōsultū  
Borbonio, si inermes & oppugnatō  
rijs machinis nullis iſtructi diu tēpus  
tererēt, hostiū affiduis ictibus exposi  
ti. Libuit q̄ē primū experiri fortunam.  
Ergo bonis auībus pridie nonas Ma  
ias urbis oppugnationē diluculo ne  
buloso aggrediūtur. Bis repulsi sunt,  
tertio uicerūt. Hoc profuit irruentib.  
qd quoties oppugnationē iterarunt,  
toties cadebat nebula prospectū Pon  
tificij adimens, ut nescirent qua ma  
ximē parte hostis irrueret. Ex stipato  
ribus Rom. presulis numero ducētis.

Hel

Houptman  
Resch von  
Zyrich.  
Carol. Borbo  
nij mors.

Heluetij erant, cum ad murū uiriliter  
pugnantes círcundarētur, uix quin-  
quaginta superfuerunt, nam & in æ-  
de diui Petri mox aliqt circa ipsum  
Clementem ceciderunt. Et centurio  
Reschius Turegiensis ex uulnere ad  
murum accepto grauiter affectus, in  
sinu ministræ domi quiescens, occi-  
sus est. Borbonio quoqz stanti in sca-  
lis globus ænei tormenti parum cau-  
te à suis emissus, ut est plena periculi  
eius generis armorum tractatio, crus  
alterum sub femore perfregit. Id acci-  
dit in oppugnatione postrema, qua  
expugnata urbs est, ex quo uulnere  
mox extictus in facello Xisti, in qd  
semianimis à militibus fuerat dela-  
tus. Hoc quod nuc dicetur nemo cre-  
det fortasse, Pontifici adeò non fuisse  
curæ exercitum istum, ut sub urbis  
expugnationē ipse in ædem diui Pe-  
tri descēderet spectaturus sacrum, &  
nuntiātes expugnationem primum  
rideret, donec hostes in ipsum tem-  
plum irruerent, nimium certe fretus  
aposto-

apostolico fulmine, quod nudius ter-  
tius in aduenientes iaculatus fuerat,  
in cuius execrationis diplomate hæc  
lecta sunt uerba: Excommunicamus,  
Carolum dictum Borbonij ducem,  
& exercitum eius, partim ex Luthe-  
ranis, partim ex Marranis constantē.

Significabantur autē Lutherano-  
rū nomine Germani, ut Hispani Mar-  
ranorum. Sed ad narrationem redea-  
mus. Pontifex relicto sacro cui specta-  
tor assidebat quām celerrimè in altū  
se per gradus & ostium quoddā sub-  
duxit, in Hadriani molem per nota  
ambulacra fugiēs. Et qui ibi sunt ex-  
clusi, iugulati sunt ad unum omnes,  
non solum ex stipatoribus, ut ante di-  
ximus, sed ex tēpli ministris & ex ple-  
be non pauci: neq; enim maiestatem  
diui Petri in cuius tēplo hæc siebant,  
quicquā reuerebatur prophanus mi-  
les, ne Pōtifici quidem ipsi parsurus,  
ni fuga ac obiectis repagulis sibi con-  
fuluisset. Ad tumultum primum ca-  
ptæ urbis cæteri quoque cardinales  
omnes

omnes & Episcopi ad Hadriani mo-  
lem properant. Vbi dum uulcus tre-  
pidū nunc excluditur, nunc summo-  
uetur ut magnatib. pateat aditus, in  
pote multi mortales oppressi sunt &  
obtriti multi. Tantū cessarāt Cardi-  
nales, Senēsis, Cesarinus, Iacobatius,  
Tudertinus, & is qui à ualle cogno-  
minatur: & iā omnia fremebant mili-  
tari furore circa arcem, quare uisum  
aliò fugere. Patebat in proximo pala-  
tiū sancti Georgij cōditū à Raphaële  
Card. S. Georgij in quod paulo antè  
uenerat post expugnatā urbē Cardi-  
nalis Colūnanus cum ingēti lectorū  
militū manu partes Cesaris sequens,  
quū tamē discedētes Germanos ne-  
mo sit acrius persequutus. Sed hic  
Italorū mos est subinde mutare fau-  
rē, ut res & fortuna sese mutarint. In  
has aedes recepti sunt, Interim non ci-  
tra plurimorū stragem, Burgo sancti  
Angeli direpto, regiōis nomē est, ul-  
terioris urbis partes inuadi cōperūt.  
Longū sim facturus si calamitatē de-  
scriberet.

Card. à co/  
lumna.

scribere coner quantū est passa ciui-  
tas Rom. A. Gothicis, Vandalicis, et  
Longobardicis tēporibus nunq̄ exi-  
tio prop̄ior fuit. Nec innoxiorum ci-  
uiū bonis exsatiatā militaris auaritia  
Violata sunt etiā tēpla, refractæ Ve-  
stalium fores, cœnobitarū septa dirus-  
pta, cōtaminata ac direpta omnia. Fe-  
lices erant qui sua tantū amisissent.  
Torquebātur insuper hoīes & iugu-  
labātur, dū nō habēt qd nouo rapto-  
ri tradāt. Senserūt hanc inclemētiā  
multi præclari uiri fautores etiā Cesa-  
ris, quorū aliqui inter cruciatus perie-  
rūt. In summa nihil intactū reliq̄t ho-  
stilis furor, pepercit nemini. Durauit  
hæc rabies nō modicos dies. Miraris  
lector qdnā egerint milites tāta præ-  
da potiti. Quieuisse putas. Imō tū ri-  
xæ & iurgia inter ipsos cœperūt. Nā  
aleā ludi passim exercebāt, ubi uidis-  
ses uni iactui nūc trecētos aureos, nūc  
sexcētos, s̄apenumero mille cōmitti.  
Qui suffarinata ueste uenerat, q̄ po-  
culis aureis et argēteis turgebat, s̄epe  
absq̄.

absque interula discedebat. Vnde non paucos tanta desperatio incessit cogitantes à qua fortuna excidissent, ut clausis oculis in Tyberim præcipitarent. Iudæi quorum magnus numerus illic, ne sint omnia sancta Romæ, persolutis pretijs sese redemerunt, ex præda omnis generis uili empta ingens lucrum faciētes. Porrò qui monilem obsidebat Hadriani, in qua Pontifex erat cum Cardinalibus, Episcopis, & Primitibus urbis, extremos muros suffodere coeperunt, ut summisso puluere tormentario structura dissiliret. Sed impediebat aqua quæ circundat per amplis fossis arcem. Quid hic attinet conuictia recensere, quæ petulātia militaris in summum pastorem & cardinales subinde effudit? Quid contumelias cōmemorare quibus Christianas ceremonias ut quisque erat leuissimus, ita studio maiori irrisit, dum ebris milites nunc Pontificiæ gestationis simulacrum representant uividum aliquem sacris uestibus

bus indutum in lectica baiulantes;  
nunc benedicentem Pontificem per  
derisionem æmulantur. Interim pa-  
rum plausibile Romanis auribus Lu-  
theri nomen boatu horrido occinen-  
tes, si fors mitratorū aliquis de fene-  
stra prospexisset. Pontifex tamen ob-  
sidionem tolerauit usq; ad octauum  
Idus Iunias. Nam eo die quo, uideli-  
cet, hostibus urgēte rerum omnium  
inopia sese dedidit, rursum suæ potes-  
tatis factus est, & in integrū, ut uo-  
cant, restitutus, ut sacerdotia confer-  
ret, donaret priuilegia, ac de rebus a-  
lijs ex more statueret. Cōuenerat au-  
tem inter præfulem Romanū & ob-  
sidentes in hunc modum. Milites in-  
tra arcem reciperebantur, & hanc custo-  
dient; Pontifex cum suis illic mane-  
ret, donec militibus esset de stipedijis  
satisfactum. Statim itaque Germani  
propugnaculū unum tantum, quod  
ingredienti dextrum occurrit præsi-  
dio occupant Centurione M A Y N  
rado Etingerio Vlmensi. At Hispa-

b . . ml

ni, ut minime stupida Gens est, non contenti propugnaculum alterum quod ad sinistrā est occupasse, in porta arcis etiā & in coenaculis per quae ascēditur aptis locis quinas militum stationes disponunt, in ipsum quoq; Pontificis cubiculum prēsidio inducto. Nam metus erat, ne elaberetur. Iam itaq; potiebantur arce Hispani, sine quorum præfectis militaribus, Larcone, & Ioāne Vrbinate, & sup præfecto Morono Mediolanensi nihil agebatur, nimirum huc spectabant, quum tot præsidij Hadriani molem stiparent. Admittebant ad Pontificem & excludebant, quos uoluissent. Minus poterant Germanorum duo præfecti, primarij uirtute, & maiorum imaginibus clari, Conradus à Bemmelberg. Eq. aurat. Der klein Hess. Vuendelinus zuom Vueyer.

Conradus à Bemmelberg.  
Eq. aurat.  
Der klein Hess. Vuendelinus zuom  
Vueyer.

dionum. Dum hæc geruntur, iam a  
gebatur Iulius mensis. Nec supererat  
Romæ quod compilaretur à uago  
milite, & annona charissima erat, ac  
inualeſcebat pestis. Itaque totus exer-  
citus sublatiſ ſigniſ Narniam proſi-  
citur, præter eos qui præſidia agi-  
tabant in arce Pontificia, ceu memo-  
rauimus. Dicitat id oppidū xl. milli-  
bus paſſuum ab urbe. Expugnatū  
ſtatim, diripitur, & deſtruitur instar  
Romæ. Immo ſeuitum ardentius in  
Narnienſes ferūt, prætexebatur cau-  
ſa, ni fallor, quod commeatum quo  
nec abundabant ipsi, non subuexiſ-  
ſent ad urbem. At non quieſcebant  
Hispani niſi Hadriani molem ſoli te-  
nerent, forte instigante Pontifice qui  
ſperabat ſe melius cum Hispanis, qui  
pauciores erāt, trāſigere poſſe, quam  
cum Germanis, gēte effreni. Id quod  
paulo pōſt accidit, ceu ſuſpicor, cū di-  
miſſus eſt. Persuadēt igitur E T I M  
gerio ut cum ſuis quinq; centurijs,  
uexillū enim habebat, ex arce diſce-

b 2 dat,

dat, Hispánicis præsidij locū cædēs.  
Vix exierat, & ecce totus exercitus  
Narnia Romam reuertitur mense se-  
ptembri. Ibi rursum tumultu miscen-  
tur omnia. Agminatim adeunt A-  
driani molem, & urbem se denuo di-  
repturos atque adeò inflammaturos  
minantur, nī per soluat Pontifex pro-  
missa stipendia. Quum efflagitandi  
minitandiç finem nullum facerent,  
prodeunt ex arce tandem colloquij  
duntaxat gratia, si quo modo compe-  
sci milites Germani possent, Archie-  
piscopus Sipotinus, Archiepiscopus  
Pisanus, Ioannes Matthæus Episco-  
pus Veronenfis, egregiè doctus ho-  
mo, & Antonius Puccius Episcopus  
Pistoriensis; ex laicis, Iacobus Saluia-  
tus consobrinus Pontificis, & Lau-  
rentius à Rudolphis frater Cardina-  
lis à Rudolphis. Hos, ut dixi, collo-  
quendi tantum cauſa progressos, ar-  
ripiunt statim audi milites, & obſi-  
dum loco tenent. Erat in Palatio Ge-  
orgiano, cuius ante meminimus, ca-  
mera

mera nō ita alto loco sed ferreis can-  
cellis satis munita, in hanc istos con-  
trudunt. Dij boni quām sāpe produ-  
cti sunt in cōcionem ira frementem,  
& stipendia conuitijs & minis expo-  
scentem; quām sāpe ad ipsum pati-  
bulum adducti, quod in foro pro ple-  
ctendis facinorosis erat erectum:  
quām multis iniurijs domi foris que  
imperiti? Verba Germanorum non  
intelligebant, sed satis loquebantur  
ip̄si uultus insultantium. In uestibus  
lo cubiculi in quo obsides detinebā-  
tur, semper reperisses quīnque, raro  
pauciores centurias militum die no-  
ctūque ostium obseruantes. Horum  
excubiae durabant horas **X X I I I .**  
Tum totidem centuriae succedebant  
in decedentium locum perpetuo.  
Sed o Germanorū oscitatiā. Dum  
soliciti pro foribus excubant, obsi-  
des noctu per fumarium cubiculi pri-  
die diui Andreæ eresperunt, nec ui-  
si postea sunt. Quam rem prius resci-  
uerunt Hispani qui Hadriani molem

b 3 cum

cum Pontifice tenebant, quām ipsi  
excubitores Germani. Vide inge-  
nium & soleritiam Gentis. Nec in-  
rum si à præsule Romano & obsidi-  
bus pecuniam tam insolenter flagi-  
tabat, qui domū summi ducis totius  
exercitus, Principis A R A V siensis,  
in demortui B O R bonij loci pridē  
suffecit, fœdum in modum diripue-  
rant, ut sibi metuens iuuenis Senas  
profugeret. Huius loco dux est mox  
institutus Marchio à Quosta, qui  
hoc officio functus est donec mense  
Februario Neapolim proficisci co-  
gerentur: nam inuiti Romam relin-  
quebant. Sed Galli per Picenum in-  
structissimis copijs nempe centum  
millibus peditum & equitum ditio-  
nem Neapolitanam sibi uendica-  
tum ibant. Quibus nisi fuisset ob-  
uiam profectus exercitus Romanus,  
& præcedendo restitisset, actum fuis-  
set non solum de regno Neapolita-  
no, sed & de ipso Cæfareo exercitu,  
qui hinc Gallis, hinc Italos medio lo-

co consistens poenas dedisset: nam uelut inter Scyllā & Charibdim uersans ab utrisque paulo pōst ad intermissionem haud dubiē fuisse cæsus, ni maturasset abitum. A iunt exercitum Germanorum aduenientē fuisse quatuordecim millium, discedentem octo duntaxat. Tantam multitudinem absumpserat lues quæ Romæ diu grassata est. Ante hoc tempus ab Hispania literæ uenerant quibus Imperator apud Pontificem anxie excusabat ea quæ Romæ nuper acciderant. Nam iniussu suo omnia esse gesta, nec se milites eos pro suis agnitorum qui tantum nefas ausi forrent. Iubebatq; liberum dimitti cum suis Pontificem: id quod & factum est, sed haud dubiē prius pecunia placatis Hispanorū animis, in quorum manibus erat, ut suprà diximus. Videlatur autem timere sollicitus Princeps ne præsul Romanus ipsum inter eos quibus ex Christiano ritu cōmunione piorum interdicitur, si non

palam, saltem occulte retulisset. Ad quae rescripsit Clemens, nunquam de Cæsare sic se sensisse, ut pro sacrī abstento iudicarit. Proinde meliora sibi de sede Romana promitteret.

Ipse mox Oruietum concessit.

HISTORIAE DE EXPVGNATA

ROMA, AN. M. D. XXVII,

FINIS.

# CAROLVS SIVE \*

VIENNA AVSTRIACA.

O Deplorati nunquam satis aspera fati  
Fortuna in nostrū grāssās caput, ecqd in ullō  
Tandem fine tua insulet uis: ecquid erit cum  
Respicies Gentem placato Christida multe  
Te uoco fortunam Magni quam patris aperta  
Irreuocabilibus pandunt dictamina chartis,  
Quanq; uolutatam infinito numina produnt  
Consilio. O tandem Deus, ô Deus ad tua tandem  
Aspicias bona: Quæ nunc dissipat hosticus ensis.  
Præcipue namq; hæc tua sunt, ubi tradita primum  
Scripta tui doctrina recepta est sanguine nati.  
Cur patitur tua uastari clemenia sedes  
Ulterius placitas hostilis marte cohortise  
Infestæq; tibi pater infestæ & tibi fili  
Sandæ tibi & numeri fatus perfecio trini.  
Quid primū memorē: quid postremum: omnia supra  
Inualuere modum mala, nilq; accedere posse  
Cum speres, tum uix coepisse exorta uidentur.  
Nuper erat, neq; enim longū est nimis, intolerandum  
Occubuisse crucem Graiūm quam beta notatam  
Quadrifido giluis dislinguit margine punctis,  
Pontica quam tulerat Byzantij insigne Trapezus.  
Sed non dira Asia modo in urbes Turcica pubes  
Inuasit, domuitq; opulentī maxima mundi  
Regna, ubi proropst̄ petulans Bithynide prussa  
Sed Cilices etiam & Tauri iuga uasta colentes  
Cepit, & Armenias leuis est inuestia sub oras,

Cappadocumq; infedit agros Pamphiliaq; arua.  
 Et iuga Paphlagoniū, & Pisidum campestria rura.  
 Et Crœsi antiquum imperium, qua Lydia præter  
 Iugera scruposa fluit Hermus fertilis unda,  
 Et Phrygiae campos ubi prisce mœnia Troiae  
 Tindaridum pressit bello manus inclyta regum,  
 Ioniæ & ueteris, terræ & loca opima Cairæ,  
 Aeolidosq; sinus. Et quas Aegeia cingunt  
 Aequora tellures. Cyprum hæc inuasit ab ira  
 Numinis orta lues. Euboeæq; arua beatæ,  
 Et claræ euertit Rhodon, & Lesbo dominata est.  
 Tunc, neq; enim cupidæ mentis uesana quieuit  
 Vlo fine libido, & in Europam intulit arma  
 Per brcuia ingrediēs freta Bospori & Hellespontum.  
 Sed tamen unde & q; misera hæc ab origine pestis  
 Repserit, & tanto processu inuaserit orbis  
 In loca totius cultu optima, uertere nostram  
 Ante querelam æquum duxi. Neq; non tamen auget  
 Sortem hoc indignam, seruilia corpora tantum  
 Imperium obtinuisse. Et nunc late omnia duro  
 Seruitio premere, adductisq; infleccere frenis  
 Emersa est scythicis lacubus, muliebris antè  
 Accersita ad concubitum parentia iussis.  
 Fœminea ad talos tunica leuibusq; ueredis  
 Et tenui uolucris ferro contempita sagittæ.  
 Tum contempta ubi uirtutis decorisq; manebant  
 Reliquæ quamuis modicæ. Nunc, turpia pulsis  
 Quippe tenent illis regnum. Discordia tantum  
 Corda ci're malum & potuere inducere pestem.

Sed

## VIENNA AVSTRIACA.

27

Sed tamen hunc quondam à nobis obiecta furorem  
Arcuit, atq; Astre loca iusit obire Propontis.  
Cum Catecuzana infelcis facio belli  
In se se rabidos iratam obuertere rictus,  
Sanguineosq; feram fecit distingere dentes.  
Atq; ita telluris capta hæc dulcedine Graæ  
Paulatim infedit pergens, dum protinus omnem  
Sub iuga barbarici traxit turba impia regni,  
Quo sub nunc antiqua gemit Tritonidos ora,  
Vnde humana putant iura & commercia nata  
Inuentrix uitæ opportunæ cultibus artis.  
Thebanumq; solum, & sacratæ Phocidos arua  
Et campi Aoniæ lugent. Silet Arcadicæ uox  
Fistulæ, & in syluis Echo se muta requirit.  
Hoc agros monstru & uastauit Achæidas urbes,  
Armaq; Doriacis fregit celebrata tropheis,  
Insula ubi Pelopis cognomine cingitur undis  
Aequoreis, bimariq; patens excurrit ab Isthmo,  
Quondam inuidia uiris tellus, dum sancta Lycurgi  
Spartanos morum & legum dictata regabant.  
Nobilem & Epirum palma olim cepit equarum.  
Hic & in Actolos obuertit castra superbos,  
Vitriaciq; manu domuit progressus equestrem  
Aemoniam & prisorum laude celebria quondam  
Thessala Peneo uiridantia flumine Tempe,  
Huic uitti Thraces etiam Mauortia proles  
& Macedum paret natio, Dumq; omnia nuper  
Christide dissidys & bello in gente laborant.  
Constantine tuam posuit sibi Barbarus urbem

c

ille

Ille sui sedem regni, uicinaq; late  
 Percurrit loca, Bulgariaq; Auaresq; Dacasq;  
 Illyricosq; sinus. Huius uim Dalmata sensit,  
 Cladibus attriti crebris sensere Liburni  
 Quid Noricia prædas ferus egit ab ora.  
 Interea loca sunt Asie huic intacta relicta  
 Nulla, & in ante suos dominos sese intulit, cq;  
 Soltanum imperium uertit, ueteremq; subegit  
 Cum Sidone Tyrū, & Syriae claram Antiocheam,  
 Inq; Palestinos Arabasq; potentia torsit  
 Tela, & Niloos oppresbit Marte colonos.  
 Quid memorē te, parua quidē & cincta undiq; seuis  
 Hostibus ô mater tantorum magna uirorum  
 Gente Cananitis Iudæa sorte subacta:  
 O dilecta Deo præ terris omnibus una,  
 Cui debere illi natalia tempora uisum  
 Vnigenæ nati, quo sunt autore salutis  
 Parta bona humani generis. Qui uiuit & absq;  
 Cum patre & fando regnat spiramine fine.  
 Sed nos ad proprius nobis uulnus uenianus  
 Quod tradare manus tremit, & mēs horret, ita ingēs  
 Atq; ita se uisu foedum spectantibus offert  
 Quod crudelis abit rabies uiolenta Tyranni  
 Pannonia infligens miseræ nunc, ô miseræ nunc,  
 Sic miseræ ut quondam felix fuit. illa & ad ipsam  
 Ostriae am usq; lues peruenit dira Viennam  
 Quis cladem illius fando quis funera belli  
 Numeret flamma & ferro quacunq; mearet  
 Fecit iter, genitrix confosso cernere natos

Vimq;

Vimq; coacta pati uiq; ipsa occumbere lætum.  
Præcisa alterius salijt de pectore mamma.  
Alterius patuit perfoſſo abdōmīne uenter,  
Quæ ſed in innocuo uis aut iniuria ſexu  
Non tentata fuit: ſaltem has luet impia gentis  
Colluuiſes. Deus hæc Deus ipſe hæc puniet auſa.  
Tunc capita & totos, uisu miſerabile, truncos  
Sepibus affixi aut hæſtis fudere cruorem,  
Nil prætermiſſum eſt ſceleriſ. Tremefalla Vienna  
Impete fulminei ſubieſto pulueriſ, inter  
Spemq; metumq; ſuam uix eſt tutata ſalutem.  
Dextera quod toti niſi formidabilis orbis  
Protegeret Caroli ciues ope Cæſaris orbos  
Quis ſcīt an ille etiam huic graffatus Mars Alemanos  
Nos uicina magis ſortitos flabria Aquilonis  
Pergeret & Francos ſibi ſubq; iugare Sueuosc  
Sed tua ſuccurrit Carole & tua dextra labori  
Cœleſtis dextra auxiliū ſuffulta fauore.

Si tamen eſt, quamuis ſero, fas uera fateri,  
Nō dedit ille mala hæc nobis & damna Tyrannus,  
Sed nunc, ut quondam te Gens Hebræa parentenſ  
Deſeruit Deus, & meritorum oblita tuorum  
A te diſcedens ſceleri ſeruiuit, Ita omne  
In facinus reges & ſubdita turba ruentis  
Neglexere uiam uirtutis, & undiq; ſeſe  
Flagitijs etiam pulcrum implicuisse putarunt,  
Hæc inſixerunt nobis cruciabile uulnus,  
Noſtra quod ulterius ſerpens ignauia fouit.  
Permutata imis ſunt ſumma, neq; ulla magis iam

Rebus in humanis manet insubuersa priore  
Conditio, non ordo loco. Quid fraude malaq;  
Relligio, quod nunc est uita superstitione:  
Vnde est improbitas uitam deducta per omnem  
Et squaler Mundus uitio obrutus, edere cuius  
Nomina cunq; mali libeat iam nulla requiras,  
Quæ memorare piget. Sed quid si forte fauor nos  
Respiciat posita fœlicis Numinis ira,  
Quamuis multa uentur sperare, & forte tamen si  
Vnanimem ducibus tribuat coniungere sensum  
Et scelus & contra ultricem facta impia mentem,  
Atq; animum ante suis ponat qui publica rebus  
Qui ius & redum colat & procuret honestum,  
Vim tollat scelerisq; nefaria puniat ausa,  
Quis magis optatus uotis obtingere posset  
Dux Carolus ut quondam Gedeon, Sampson, Iosuas  
Gentis & Isaides iudeæ gloria regum  
Quiq; alij, neq; enim conditorum nomina paruo  
Exposuisse quicam libro, dextraq; animoq;  
Ingenti ac forti hostiles frexere cohortes,  
Quæ petiere tuum populum Deus, ut petit illa  
Nos populū tuum, habetq; patentes belua fauces  
Deglutire parans insignem nomine Christi.  
O utinam illa dies tantorum caufa bonorum  
Orta sua in roseis ostendat lumina bigis  
Mortali uoto turbæ exoptata frequente,  
Tunc ego, quicquid ego possim, neq; enim Deus esse  
Pauperis ingratum patitur sibi munus honoris,  
Ad Cytharam lœta resonabo uoce Latinam

Grates

## VIENNA AVSTRIACA.

51

Grates maxime agens tibi Rex Deus optime regum,  
Effundam & prompto celebrans inuidie Triumphos  
Cæsar mente tuos, interq; ingentia facta  
Non inopes defelta requirent uerba Camœnæ.  
O mibi sint rebus super his uitalia lucis  
Tempora lœtificæ, ferat hanc miseris cito terris  
Numen opè uertatq; oculos ad nostra benignos  
Vulnera, & admota sanet potentia dextra.  
Hoc oro, mecum hoc omnes orate bonarum  
Ex animo rerum, & sanctæ uirtutis amantes.

**F I N I S.** finit

c 4

# CAROLVS SI=

VE TVNETE.

**Q**uid qui indecessis decurris in æthere bigis,  
Desuper Terræ lustras loca Phœbe patetis  
Vnde oreris, medijs nites ubi culmine cœli,  
Oceanij; subis uastii lacum, & inde reuertens,  
Cymbio in exortus ueberis radiante priores,  
Quid melius cernis Carolo, aut quid Cæsare maius?  
Aspice, nam nil te fugit, aspice Phœbe. Quid ergo  
Tale uides à quo metuit perterritus orbis,  
Imperiumq; tremunt scelerati, quiq; fuere  
Exitium pessimq; bonis, nunc forte suarum  
Mutata satagunt rerum, quæruntq; latere  
Vi captæ loco in augusto regionis iniqua.  
Quām tulit ille diu, quām non est ultus, & omnes  
Sustinuit quasi seipius patientibus ausus  
Hostiles animis, quos tandem excitus apertis  
Aspiciens oculis se se ipse recolligit, inq;  
Maiorum reuocat mentem præclara suorum  
Et totum quæ facta uehuncunt laude per orbem.  
Materiamq; dare aggreditur, si quem tamen ista  
Secula ferre queant, aut si uentura poëtam,  
Qui digna æternæ faciat præconia famæ.  
O Carole ò magnis boles generosa Philippi,  
Tertius à Diuo qui ducere Maximiano,  
Tū ne ille es Carolus Carolo de Principe V.  
Romani Imperij, de quo tot carmina uatum  
Arma per edicunt totum uiſtricia mundum.  
Cuius Tante suum memorantur nomina partum.

Forr

Formaq; descripta est, & castæ nobile mentis  
Ingenium, ut iam quisq; tuos quod uiderit annos  
Et genitum seculo se se laetetur in isto.  
Ergo tibi non sola subest Europa, Nec illa  
Terrarum plaga qua declivis ab æthere Phœbus  
Soluit equis spatio sumantia lora perado,  
Sed tua se longe infinita potentia tendit  
Ulterius, trans Herculeis inclusa columnis  
Inq; Atlantiacum freta prospicientia pontum,  
Vnde obcurunt uasculum ferratae Nerea classes,  
Exquiruntq; nouas hominum super æquora sedes,  
Atq; alium inueniunt disclusum flutibus orbem,  
Indianam ab occiduo uenientes littore. Nec gens  
Nec locus incursus illarum pertulit ullus.  
Ipsæ diuitias auri argentiq; reportant,  
Et pretiosarum gemmarum lucida dona,  
Bellorum neruos, pacis decus, atq; tuis hæc  
Expediunt Carole auspicijs, sed iu magis alia  
Diuino spectas animo, pudet illa Tyrannis  
Priscorum seruire patrum florentia regna.  
Sub Scythicoq; premi sanctam pede religionem.  
Hæc Caroli pia corda tenet dignissima cura,  
Nec quicquā sibi maiori quod posset honori  
Esse uidet, quicquā esse Deo neq; gratius ipst.  
Barbara quam strido si ferro fregerit arma,  
Proq; salute hominum strido & pro nomine Christi.  
Vindicis ipse igitur Dux agminis Africa uictor  
Littora cum ledo peruadit milite, iusto  
Marte ferox pulsi fraterno crimine regis

Defensor, Tunetisq; caput nunc obsidet urbem  
Maurorum imperij. Quo cum se inferre pararet  
Expedians siculo uenientes & quore naues,  
Tunc insigne crucis posteaquam Christidos una  
Extulit ille manu sacr.e uenerabile signum  
Militiae, positis genibus sic esse locutus  
Armorum sese fertur cingente corona.

O socij, neq; enim parua aut contempta manus est  
Copia in his uestræ Carolo duce & auspice castris.  
Hæc nos suscepti præcedent signa duelli,  
Hæc ego capita mea dextra, si queritis, ipse,  
Complectar uosq; ante geram comprehensa fideli.  
Quare si qua ducis reuerentia, si qua potentis  
Numinis, & si qua est communis cura salutis,  
Pro se quisq; uiri tota hac incubite mente,  
Per uos ut summi cœlorum gloria Regis,  
Perq; ut uos uestræ grandescat gloria Gentis.  
Siue Itala de stirpe sati seu Batidos oræ  
Cultores nostri regni, seu bellica misit  
Ad graue discrimen sancti Germania Martis.  
Cernitis hoc toto nil usquam ex agmine defit,  
Sunt naues quibus inductis cœlabitur & quor.  
Quas neq; Persarum quondam seruilia regis  
Agmina, nō etiam mare proiectæ hoc quoq; in ipsum  
Athides, aut opere aut superent fœlicibus armis.  
Nec tamen unquam aliæ memorantur classibus istis  
Instructæ melius saltas fluxisse per undas,  
solis est annis opus & formidine casso  
Pessore, in imbellem tales proficiscimur hostem.

Sed pelagi insuetos auditæ pericula terrent,  
At scitote Deum Dominum terræq; marisq;  
Versante æthereo sceptra immortalia templo,  
Desuper in sibi deuotas nil triste cohortes  
Passurum inferri, dextraq; superne potente  
Propulsaturum mala tellurisq; saliq;.  
Ilo uos modo præsenti me pectore freti  
Quisq; ducem cupide sequitor, sic fatus in altum  
Producq; rates iubet, & simul excipit ipsum  
Doriaca insignis cura edita fabrica puppis.  
Vela aquilonaris sinuant flabra annua uenti.  
Ordine procedunt sulcantes uda carinæ  
Marmora, Sicelidos fit aquæ res mira puellis  
Insulæ, & in pelago conuulſæ innare uidentur.  
Et trepidæ emergunt redimitum fluctibus ulua  
Ore tenus caput, & se rursus in ima recondunt,  
Armorum insolitis radijs ceu fulguris istæ,  
Perculsaq; sono horribili quos ærea mittit,  
Flaminiuomo ore globos elidens machina ferri,  
Has senior ponti in Nereiā tecta reuersas  
Demulcerat blando appellans sermone futura  
Prædicente suo, memoratq; oracula Proteus.  
Hæc est illa dies, hæc lux est festa sorores  
Quam uotis longo iam tempore sepe petui,  
Quæ pacis fert in cunctas exordia terras.  
Ergo quies & læta uigebunt otia rebus  
Humanis. Non ulla magis piratica toto  
Insidiosa bonis grassabitur & quore puppis.  
Nunc tibi finis adeſt Cetici uis impia regni,

Quam

Quam nimis est perpetua diu clementia magni  
Numinis in terras suam nostrasq; furentem  
Aequoris in sedes. Caroli debere triumphis  
Materna Caroli sequana de stirpe, diu iam  
Debita francigenæ dextræ. Sed dum sibi fatis  
Conciliat genus eximij stirps illa Rudolphi,  
Interea orbis clade ferox, & inulta fuisti.  
Nunc fortuna retro cedit tua. Cede potenti  
Cede Deo. Et Caroli inuidas uitare cohortes  
Deditione uelis, & palmas tendere inermes,  
Ante pedes abiecta solo uictoris, & unam  
Supplex de illius summa sperare salutem  
Qua seruare solet quoq; mansuetudine captos.  
Aut refuge in montes, Scythicasq; require latebras.  
Per Tanaim cum mox glacie pons iunctus eunti  
Iam præbebit iter, uel flodus curre per arctos  
Qua quondam Inachiam fama est transasse puellam.  
Nec rabies te perueriat configere bello  
Utq; uelis acie decernere. Nil tibi restat  
Successus sortis ue bonæ. Tulit omnia carus  
Ipse Deo Carolus, cuius si numen adoras  
Siq; humilis ueniam petis, est fortasse salutis  
Spes non abiicenda tibi, spem ponito regni.  
Hæc senior illæ attonita sermonibus aures  
Præbebant etiam falso iam fine loquendi.  
Tandem animis hilares, uix spemq; suam capientes  
Vota canunt Carolo, resonant lilibetæ late  
Littora & illustri scintillans Aetna fauilla.  
I. Care, I mundi fœlix melioris origo,

Ad decus

## T V N E T E.

57

Ad decus i Carole æternum. Nunc terminus instat  
Tristitiaq; malisq;. Hic & tecum incipit una  
Prosperitas & pax procedere, gaudia tecum,  
Tecum sancta quies & fessis otia terris.  
Ecce nitet solito lux clarius, & silet æther  
Aptaq; sola tuis insurgunt flamina uelis  
Cerulei fluctus rident. Te te omnia rebus  
Humanis Carole expectant spem, teq; salutem.  
Nunc fugit exitium, pestis fugit antemalorum  
Morborumq; lues, inopisq; parentia uetus.  
Nunc etiam cessant odiorum dira uenena  
Vnanimiq; omnes coniungunt foedera corde.  
Pergite folices Carolo duce, pergit turmæ.  
Vos manet ab frustra multis fortuna cupita  
Militæ, & sancti summo sub Numine Maris,  
Imperio Carolo infinita prouincia cuius  
Est data totius mundi. Te mœnia nulla  
Nulla acies Carole excludet. Pelagusq; solumq;  
Ille Deus Deus ille tibi qui exciuit, aperta  
Reddet. Quin etiam si res ferat, aëra & ipsos  
Cælorum pandet træsus, ne quid tibi toto  
Posset in accessum fieri aut obſistere mundo.  
Hoc celebrant uitreum cantu Nereides & quor  
Illud diuina Carolo Duce classe superbum  
Exultat sternitq; uias, portusq; recludit,  
Africa terra tuos. Veteris Carthaginis arces  
Prætereunt, Tunetisq; petunt hostilibus urbene  
Mentibus atq; armis. Getici tremit impia turba  
Præsidij, atq; animo uisis modo frangitur illis,

Et pug

Et pugnare iubet pudor & formido retentat.  
Numen adest iacite arma procul. Pudor omnis abest  
Concessisse Deo, gaudet cui cedere rerum  
Natura, illi etiam dubijs nunc mentibus astant  
Materiamq; uolunt Caroli præbere triumphis.  
Iamq; freti ingentes neq; propugnacula turres  
Non muros obstarre sinit sibi, non sibi fossas  
Læue quibus terris immisit barbarus & quor.  
Inuehiur portu Caroli iam clausis aperto,  
Cæsa iacent passim summersaq; corpora ponto  
Crebraq; depresso passim extant fragmina puppis.  
Iam ductor pelago cedit paruaq; manu se  
Per Numidum tostas fugiens subducit arenas,  
Cognomenta cui sunt Russæ congrua barbæ.  
Exultat captiuæ hominum gaudetq; caterua,  
Libertate sua, Carolus nam liberat omnes  
Conseruans profugo placato milite regi  
Incompilatam quam Marte receperat urbem.  
Macte animo & uirtute, Dei dux inclyte. Nunc te  
Gloria perpetuæ famæ redimire corona  
Gloria coelesti properat fulgore renidens.  
Te canimus, te debinc rebus fœliciter actis  
In terra penitus stabilita pace canemus  
Nec pariant tibi inornati fastidia uersus.  
Grataq; sit cupida concepta in mente uoluntas,  
Indigno celebrandi ingentia carmine facta.  
Hoc pater ipse Deus rerum suprema potestas  
Et fieri patitur nec fortis offenditur ausu,  
Præbet & incultis diuinæ cantibus aures.

FINIS.

BASILEAE APVD IOAN. HER/

VAG. AN. M. D XXXVI.

1  
P  
m  
d  
P  
m  
d  
P  
m  
d  
P  
m  
d

Aunc Christi 100 vnde de sancto  
Giovanni qd Christus natus est  
A° Christi 274 deposito Manicheorum  
A° Christi 312 inde per apostolum p̄tus  
A° Christi de proclamatio fidei 388

XIII VII

ann

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118

11118


11118

11118

11118

11118

11118



the scale towards document

t pug

Aug. 246.

